



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventvræ Episcopi Cardinalis Albanensis,
Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>
Bonaventura <Heiliger>**

Antverpiæ, 1591

De virtutum connexione. Cap. XXIIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](#)

DE PROF. RELIG. LIB. II. 267
operis, tunc non sufficeret voluntas: quia nec
voluntas esset cum posset quod expedit perfic-
cere, & nollet. Quantum enim vis, tantum fa-
cis quod expedit cum potes: sed si non facis,
non vis.

De virtutum connexione.

CAP. XXXIII.

LI C X T etiam multæ virtutes esse vndean-
tur, & inter se differentes, ut humilitas
alia est quam castitas, & patiæria alia est quam
misericordia, & sic de aliis: tamen quadam
consideratione omnes vnum sunt: & ita quæ-
libet non tantum cohæret, sed etiam inest al-
teri: ut qui vnam habeat, verè omnes habere
dicatur in habitu et si non actu. Quod ostendens
Apostolus, ait: Charitas patiens est, be-
nigna est; non emulatur; non agit perperam;
non inflatur; non est ambitiosa; non querit
quæ sua sunt, & cætera. Sicut enim Deus est
vnum simplex & perfectissimum bonum, in
quo est omne bonum perfectè, & cui nullum
bonum deest: ita charitas est vna virtus in se
omnem habens virtutem: sed propter diver-
sus effectus eius, ex diversis intus in seculis occa-
sionibus & actionibus, vel causis illatis, qui-
bus se vel contra malum opponit, vel ad bo-
num extendit, diversa officia vel nomina for-
titur. Virtus enim secundum Augustinum est
amor ordinatus: videlicet ut amet solum quod
debet, & quantum debet. Quantum vero
amas aliquid, tantum odis & fugis eius con-
trarium ubi potes. Charitas ergo cum se ex-
tendit ad diligendum Deum, dilectio Dei di-
citur: cum ad proximum, dicitur dilectio
proximi. Cum eius miseriæ compatitur, mi-
sericordia appellatur. Cum eius bono congau-
der,

Virtutes
connexæ
vna charge-
tas.

1. Cor. 13.
4.

lib. 15. de
amoris. 1.23.

Charitas,
varia for-
titur no-
mina, pro-
pter effe-
ctus diver-
sus.

det, congratulatio vocatur. Cùm equanimitet aduersa tolerat, patientia dicitur. Cùm benefacit se odientibus, benignitas nuncupatur. Cùm non extollitur in prosperis inaniter super se, humilitas reputatur. Cùm obtemperat superioribus ut iustū est, obedientia est. Cùm execratur turpia, castitas est. Cùm resecat superflua corporalis necessitatis, sobrietas est. Cùm diuitias abiicit, paupertas est. Cùm ad pauperes eas liberaliter effundit, largitas est. Cùm tædio expectationis promissorum non frangitur, longanimitas est. Cùm inter bonum & melius, & inter malum & peius discernit, prudentia est. Cùm ius suum cuique tribuit, iustitia est. Cùm delectationibus non emollitur, temperantia est. Cùm duris non terretur, fortitudo est. Cùm credit credenda, fides est. Cùm sperat speranda, spes est. Vnde & Spiritus sanctus & vnic^o & multiplex dicitur. Quia cùm in se unus sit, diuersa dona tribuit secundum diuersos donorū effectus: sicut aliqua nobilis & efficax medicina diuersos curationum effectus operatur, vel virtutem confert varia operandi, ut uni acuat visum, alteri clarificet vocem, alij auditum reseret, alij gustum reparet, in alio aliud & aliud operatur. Secundum quod Charitas opponitur septem capitalibus vitiis, septem virtutes format: que, ut prædictum est de profectuum gradibus, distinguuntur. Unaquæque enim virtus (teste beato Gregorio) habet initium suum, & profectum, & perfectionem.

*Hab. 15.
in Ezech.
Mr. 4, 28.*

Marti 4. Terra profert germen suum. Primum herbam, deinde spicā, deinde plenum frumentū in spica. Herba est initium virtutis, spica profectus, frumentum plena perfectio. Charitas Dei mater & virtutū & nutrix omnium virtutū tres habet gradus: scilicet, infimum, medium & summum. sic & aliæ

& aliæ virtutes per singulas. Nec inconueniēs
est distinctio. Si enim cœlestis hierarchiæ (di-
cente beato Dionysio) singulæ per ternas dif-
ferentias distinguuntur; cur non & spirituales.
virtutum hierarchiæ eundem ordinem in ter-
ris imitentur? præsertim cum cœlestis pulchri-
tudinis exemplar ad hoc nobis cælitus allatum
est, ut pro viribus studeamus Domino in nobis
sanctuarium facere: ut in medio nostri habita-
re dignetur, secundum exemplar in monte cœ-
lesti nobis demonstratum. Vtrum autem qui
in primo gradu quasi in infima virtutum hie-
rarchia hic stant, ad infimam in cælo hierar-
chiam pertineat: & qui in media ad medium
in cælo; & qui in summa ad summam in cælo
hierarchiam pertineant, cum illuc Domino
perducente venerimus, agnoscemus. Labore-
mus tātūm hic fideliter de virtute in virtutem
proficere, certi quod nequaquam inferior erit
retributio gloriæ, proportionata meritorum
mensuræ. LUC. Mensuram bonam & confer-
tam, &c. Eadem quippe mensura qua mensi
fueritis, remetietur vobis. Eiusdem mensuræ
hydria implebitur tibi vino gloriæ in nuptiis
cœlestibus, cuius tu hīc implere studueris aqua
iustitiae præsentis, quæ in comparatione cœle-
stis est sicut aqua ad vinum optimum in va-
lore. Mille millium metretæ aquæ fluminis vel
marium non valerent vnam electi vini, quo ad
preium viriusque.

*De cœlesti
hierarchia.
cap. 6.*

Exod. 29, 49.

LUC. 6, 33.

De tribus gradibus charitatis.

CAP. XXV.

CHARITATIS Dei primus gradus est,
sic diligere concessa & eis vti, vt tamen
illicita deuiter, & amori Dei nullius rei amo-
rem præponat. sicut illi qui sic ea quæ sunt
mundi

*Primus
gradus.*